

X a
4334

K.B. 19
Weisenfels.

Xa
4334

CORUSCANTEM
ARCHI-EPISCOPORUM
SPLENDOREM
REVERENDISSIMI AC SERENISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

AUGUSTI

PRIMATIS GERMANIAE ET ARCHI-EPISCO-
PATUS MAGDEBURGENSIS ADMINISTRATORIS DUCISQUE
SAXONIAE, JULIAE, CLIVIAE, MONTIUM ET
RELIQUARUM.

ILLUSTRIS AUGUSTEI
FUNDATORIS GRATIOSISSIMI
MAUSOLEUM

GLORIOSIS RADIS
COLLUSRANTEM
DEMISSA MENTE CONTEMPLATUR

D. CHRISTIAN. WEIDLINGIUS,

Com. Palat. Cæsar. Confiliar. Saxon. Illustr. Augustei
Rector & Prof. Publ.

LEUCOPETRAE,
TYPIS IO. CHRIST. BRÜHLII, AUL. ET AUGUST. TYPOGR.





ontificii Regiminis machinam Cl. Reinkin-
gius divitiarum auctupium, Arniseus vero
honorum rete salutare amat. Jurene, an
injuria, eruditij judicent Politici. Hoc extra
controversiam positum, quod proprium
Catholicis de catholicis fere ac summis ho-
norum gloriari fastigiis. Num tanta Episcopalis dignitatis
amplitudo sit, ut omnia humana superet elogia, Stanislae
Lubienski Plocensi Episcopo *in Monit. de Episcopat. rete gerend.*
defendendum relinquimus. Nostri potius instituti occa-
sione illius summi splendoris, quo non solum in militante
olim Ecclesia, sed & adhuc in triumphante, supra omnes
terræ Principes elevata. Anima Reverendissimi ac Serenissimi Prin-
cipi ac Domini, Dn. AUGUSTI, Gloriosissime memorie Primatis Germanie,
Archij-Episcopatus Magdeburgensis Administratoris, Ducis Saxonie, Julie, Cli-
via, Montium & reliquarum, Gloriosissimi Augustei Fundatoris Nutritique Mu-
nificentissimi fulget, illustriores Archi-Episcopalis dignitatis
radios perlustrare. Primas tenet Primatis radius, qui &
extra Imperium nostrum alia collustrat Regimina. In
Galliae namque Regno hunc honoris titulum sibi singu-
lariter vendicat Archi-Episcopus Lugdunensis. Conten-
dit tamen cum eo Senonensis, Primas Galliarum æque ac
Germaniae salutari gaudens. Limn. *in Not. Regn. Franc. lib. III. c. 6.*
Affectat eundem splendorem Archi-Episcopus Burgen-
sis, ast sub titulo Primatis Aquitaniae. Magnæ Britanniæ
Regnum bigam Archi-Episcoporum sistit hac luce orna-
tam. Cantuariensis enim totius Angliae Primas, Eboracen-
sis vero Angliae tantum Primas inscribitur. Hispaniae Pri-
matus antiqvissimis temporibus in Hispalensi viguit Ec-
clesia, inde devolutus ad Toletanam, quæ superatis multis
diffidiis adhuc hodie hasce acquisitas possidet divitias. Sed
quid de Polonio dicendum Regno? In hoc Gnesnensem
Archi-Episcopum Primatis tenere locum, temporum te-
statur nuntia. Magdeburgenses Archi-Episcopos in Ger-
mania ex veteri instituto Primatis gessisse titulum, D. Au-
gusti nostri confirmat gloriosum exemplum. Otto nam-
quc

q; II. Imperator ægre ferens Germanos appellare ad Pontificem, summo hujus metropolitanæ Capiti peculiare hoc indulxit beneficium. Et quamvis non pauci Catholiconum putent a tempore instaurati Evangelii ad Salisburgensem commigrasse Archi-Episcopatum; an haec tamen firmo stent tali, videre licet ex Beermann. *Syntagma. Dignit. illustr. & sacrar. p. 138. 4.* Præterea quantum lucis largita est Archi-Episcopis secularis Jurisdictio tempore Ottonis I clementissime concessa! Devicto namque Gilberto ultimo Lotharingiæ Duce, Clementissimum hunc Imperatorem Fratri Brunoni Archi-Episcopo Coloniensi Lotharingiæ Ducatum concessisse ex illoque tempore Archi-Episcopos Colonenses Regalibus præditos fuisse, testis est Lehmann. in *Chronic. Spirens. lib. IV. c. 3.* Ottonis M. exemplum summe benefici securi sunt Successores, inde & reliqui Archi-Episcopi pariter ac Episcopi duplarem sustinere coeperunt personam. Utile, an perniciosum hoce Imperio, peritioribus Politicis decidendum permittimus. Nec silentio tandem involvenda summa illa Archi-Cancellariorum dignitas in Imperio aliisque Regnis non paucis Archi-Episcopis tributa. Quo majori vero Cancellariorum munus gaudet antiquitate, eo major etiam dignitate. A Romanis Imperatoribus dicebantur Quæstores sacri Palatii *l. 2. f. de Off. Quæst.* Sub Constantino hosce cœpisse Quæstores, non absque fundamento putat Guido Panciroli in *Not. Imp. Orient. c. 71.* Uti vero tres in Imperio dantur Electores Archi-Episcopali munere fungentes, ita & tot Archi-Cancellarii. Alii venerationem personarum Ecclesiasticarum laudant fontem hujus dignitatis, ad solidæ eruditionis præsumptionem provocant alii; num callida Summi Pontificis concurrat prudenter, ex circumstantiis sententiam ferre licebit. Moguntinum jam ob Ottonis I tempore per Germaniam administrasse egregium hoc officium, tradit Conring. in *Dissert. de Official. Imper. Rom. Germ. th. 8. Spener. in Oper. Herald. lib. I. c. 64.*

§ 17.

§. 17. Colonensem per Italiam jam a temporibus Friderici I hoc munus tenuisse, palam facit Mallinkr. *de Archi-Cancellariis Imperii* pag. 26. seqq. Trevirensim, cuius initia Strauch, *Exerc. II. thes.* 9. ad Carolum IV Aureum Bullam autorem referre haud veretur, per Galliam Regnumque Arlatensem jura atque dignitatem Archi-Cancellarii usurpasse, Boeler. in *Notit. Imper. lib. VI. cap. 6.* aperit. Quam eximia hos Cancellarios comitetur dignitas, ex Magnae Poloniae Cancellarii *Reffonso ad literas Svedie Regis Caroli* colligere est: Sum Cancellarius, quod munus non impedit Electores Imperii, qui illud gerunt, quo minus priorem locum, quam alii Electores & Dukes teneant. In Aula Papali tanti hic judicatur character, ut Pontifex ipse met malit maiori Cancellarii praefesse, quam id fungendum aliis concedere, hinc ex recepta consuetudine saltem Vice-Cancellarium constituit. Vid. laud. Beermann. l. c. Quod haec dignitas in aliis etiam Regnis derivetur ad Archi-Episcopos, testatur Regnum Castiliae, ubi Archi-Episcopus Toletanus ob eruditissimam opinionem Cancellarius natus est, cui suprema post Regiam Majestatem competit autoritas. Mar. *de Reb. Hisp. lib. XII. c. 3.* Alibi Cancellarii non tam nati, quam facti sunt, cuius rei exempla in Historiis Regnum Angliae, Galliae aliorumve prostant. Quamvis tantus sit Archi-Episcoporum splendor, ut summa honorum fastigia transcendere videatur; comparandus tamen ne uitquam cum eo, quo D. AUGUSTUS noster nunc circumfunditur lumine. Gratiissimum Numen illustrem Summi hujus Principis prudenter illustrissima æque nativitate ac prudentissima educatione partam, non solum amplissimo Archi-Episcopatu prudenter administrando præfecit, sed & Primatis totius Germaniae fulgore, quaenam in hisce caducis degit utinam longius vita emensus fuisse spatium! radiare ipsi gratiose indulxit. Ast quanto solatio depresso erigit animos fulgentissimus ille splendor, quo ad thronum Divinæ Majestatis elevata ornatur Illustris Animæ! Frequentat namque Comitia cœlestia æternum duratura, gaudet Jure Sessionis inter sanctissimos ac cœlestes Principes amplissimo, intimeque cum summo ac vero vere Ecclesia Capite unita perpetuo fruuntur honore. En! gloria! splendorem nulli oculo visum, nulli menti humanæ comprehensum. Illud, *Gloriosissime Auguste*, augustinum tenes Regnum, cuius fors extra impotentiam dominandi, æmulationis armorumq; injurias longe posita. Ea possides bona, quæ ficit ipse, qui tribuit, immutabilia ac sempiterna. Nos quoties illustrare Augusteum æternum Nominis Tui monumentum intuemur, toties devotissimæ nostræ gratitudinis renovamus memoriam, cuius æternum nexum crastina luce H. L. Q. C. per virum Maxime Reverendum & Excellentissimum Dn. Ioh. Dav. Schieferdeckerum, SS. Theol. Doctor, & P. P. Solenni Oratione *de D. Augusto in Templo Concordie gloriose Triumphantे* testari ainitemur. Suhmos igitur Augustei Patronos, genuinos literarum Amasios, qvin & omnes, qyos maxime coruscans æternum viventis Augusti splendor oblectat, observanter ac per amante obtestamur, ut splendida ac benevolia præsentia sua aetum hunc condecorare haud graventur. Frequentem conspectum Dnn. Comitilitorum nostrorum & piaæ gratitudinis & devote submissionis vinculum nobis spondet ac pollicetur: P. P. d. III Jun. A. O. R. MDCCVIII.

Pon Xa 4334 Fk



Vd
18



15. 19
Weisenfels.

Xa
4334

CORUSCANTEM
ARCHI-EPISCOPORUM
SPLENDOREM
REVERENDISSIMI AC SERENISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

G U S T I

RMANIAE ET ARCHI-EPISCO-
RGENSIS ADMINISTRATORIS DUCISQUE
JULIAE, CLIVIAE, MONTIUM ET
RELIQVARUM.

USTRIS AUGUSTEI
ATORIS GRATIOSISSIMI

USOLEUM

GLORIOSIS RADIIS
COLLUSRANTEM

SA MENTE CONTEMPLATUR

JAN. WEIDLINGIUS,

Caſar. Confiliar. Saxon. Illustr. Augustei
Rector & Prof. Publ.

LEUCOPETRAE,
IST, BRÜHLII, AUL. ET AUGUST. TYPOGR.

